

simul omnibus edico cōquiescant, & sibi
 consulant, curamque quā pro me sum-
 pserunt, pro me deponāt: ego enim pro
 Epicuro statui, spretis opinionib. naturā
 sequi, diuitias mihi quietissimas ac secu-
 rissimas promittentem, quomodo autem
 mutarer, qui ne in hoc quidem peccare
 me nouerim: Imò si error est, errore dele-
 ter & glorier, quo nihil pœnitentiæ ma-
 gis contrarium esse potest, siue qua spes
 salutis delinquentibus vana est. Sapiētis-
 simè ergo & hoc ab Epicuro dicitur, quod
 initiū salutis est, notitia peccati: nec quod
 sequitur ab eodem dictum obliuisci va-
 leo, quippe cum affigi animo Seneca iu-
 beat: Aliquis, inquit, vir bonus nobis eli-
 gendus est, ac semper ante oculos haben-
 dus, vt sic tanquam illo spectante viua-
 mus, & omnia tanquam illo vidente facia-
 mus: Alibi imaginarium testem expri-
 mēs, seipsum nominauit, sic enim inquit:
 Fac omnia tanquam spectet Epicurus: V-
 trumque locum tractans Seneca, Scipio-
 nem eligi suadet aut Catonem, aut Læli-
 um si Cato videatur asperior: denique ali-
 quem cuius oratione ac moribus & ho-
 nestate delecteris: Saluberrimè quidem
 istud ab altero dictum, ab altero confir-
 matum